



HEinricus dux Lunenburgensis eo tempore
ducatum suum gubernauit, cum Sigismundus Cæsar Concilium Constantiæ magna homi-
num frequentia celebraret. Erat autem Heinricus
inter alios principes multa uirtute conspicuus, iu-
stitiaæ tenacissimus, & æQUITATIS obseruatiSSimus.
Itaque magna seueritate, in latrones, prædones, &
otio deditos homines animaduertit, adeò ut etiā
de minimo delicto exemplum statueret, quo pro-
uinciam suam iuste administraret, atq; pauperem
oppressum adiuuaret. Habebat is tum in arce Zel-
le præfectū uirum industrium, & officijs suis prin-
cipi gratissimum. Cum autem quodam die Hein-
ricus Luneburgum profici uellet, præfectus ille properanter principem an-
teuertit, ut uenturo domino necessaria prepararet. Erat autem tum præfectus
tenuiter uestitus, & flabat uentus Aquilonaris uehementissimè. propterea cū
in itinere uidisset in via publica agricolæ arantis pallium, eundem accepit, ut
se se ab iniuria ueti defenderet, pollicitus rustico se ei redditurum, quam pri-
mum eo loci rediret. At rusticus haud ignarus quam difficile quid ab eiusmo-
& genis hominum reciperetur, pallium subinde repetebat. Verùm præfectus